

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis  
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmansdorff ad  
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatæ Concionis Moralis In  
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

**Penzinger, Sebastian Heinrich**

**Solisbaci, 1698**

Concio Secunda. TExtus: Dedit ei decem mnas. Thema: Liberalitas, facit felicem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](#)

IN FESTO SANCTI LEO-  
POLDI.

## CONCIO TERTIA.

Dedit ei decem mnas. Luce 19.

Textus.

Liberalitas felicem, & magnum facit Da-  
torem.

Cipio Bargalius super vivas fontis aquas scripsit: *Dum Exordium fluit, crescit: Qui liberaliter beneficia in proximum profundit; crescit, proficit, exaltabitur, felix, & magnus erit: Scriptura teste: Victoria, & honorem acquirat, qui dat munera. Prov. cap. 22. Alii divi. Textus Sacra sunt propria, & diitiores sunt. Proverb. cap. II. In lucrum ce- dunt, qua bene meritis conceduntur. scribit Cassiodorus Vari. 3. Liberalitatis gratia, & Regum gloria, & Regnorum fundamen- tum docet Aristoteles ad Alexandrum. Liberalitate nihil est natura hominis accommodatus. perorat Cicero I. officiorum: Beneficium dando, accipit. inquit Publ. Mimus. Hoc uno beata sunt regna, benefacere cum semper possint. habet Nieremb. Nunquam parcerendum est muneribus, nunquam numeris, cum num- mu res justa confici possunt, quorum parsimonia publice rei ob- fuit, quod sepe jus sine tumultu, & sanguine vix obtinuit, cum pace liberalitas vidit accedere. Forsterus in not. ad l. 16. Tac. Audiamus Patres: *Quemadmodum fontium gurgites cum han- riuntur, uberior scaturiunt, altiusque quam prius exiliant, co- dem modo divisae cum hauriuntur, decrementum minimè pat- untur. docet S. Isidorus Pelus. lib. I. ep. 466. Qui dando di-**

Patres.

S. Isidora.

Pars II.

(Z z)

vinae

*S. Basilius.* *vinæ gratia confidunt, putoeos imitantur, qui continè exhausi, minimè deficiunt; sed duplo copiosiores evadunt.* scribit *S. Hil-*  
*lius hom. 3. ad divites avaros.* *Inexhaustæ sunt beneficia*  
*Agapitus.* *opes, nam largiendo acquiruntur, ac dispensando colliguntur, in*  
*Lactantius.* *quit Agapitus epistola parænetica. Num. 44.* *Justitia & in-*  
*neficentia tām immortales sunt, quam mens & anima, qua bonis*  
*operibus similitudinem Dei asequitur.* scribit Lactantius lib. de  
*ira Dei.* Et iterum: *Nihil tām divinum habet homo, quam alii*  
*alii benè mereri.* Liberalitatis elogium describit *S. Grego-*  
*rius Nissenus orat. de pauperum amore:* *Hac est felicitas u-*  
*mes, hac est omnium virtutum laudatissima, hac affidet Dei &*  
*magna est cum eo necessitudine conjuncta.* Finio cum *Langi-*  
*Josepho in Polyanth. fol. 656.* *Sicut, quò quis sepius docet, ei*  
*evadit doctior, ita quò plura quis liberaliter aliū largitur, sum-*  
*dior efficitur.* Divino implorato auxilio desuper Concep-  
*tus dicam.*

## CONCEPTUS I.

*Confirmatio.* Narrat *S. Evangelista Joannes cap. 6.* Judæos conve-  
*se, ut JESUM Regem sibi facerent: JESUS ergo cum cognos-  
set, quia venturi essent, ut facerent eum Regem, fugit in me-  
tem ipse solus.* Quid eos movit, ut Christum Regem depole-  
re, & sibi constituere voluerint? fors charitas, ex quā sanatos  
infirmos, & languores curabat? fors eos movit Zelus, quo be-  
nignissimus Dominus verbum Dei eis deprædicabat? alia est vi-  
tus, quæ plebem Judaicam movit, ut unanimi voto Christum  
sibi Regem constituere intendant; estquæ liberalitas. Hominum  
quinque millia liberalissimè cibavit: *Distribuerunt ergo viri nume-*  
*ro quasi quinque millia; accepit ergo JESUS panes, & cum gran-*  
*as egisset, distribuit discubentibus; similiter & ex pīscis*  
*quantum volebant; certo liberalissimè dedit, qui dedit quantum*  
*volebant: & hæc liberalitas, beneficentia, adeò movit populum,*  
*ut in Regem Christum proclamare, ac coronare consisteret.*

III verò homines, cum vidissent, quod JESUS fecerat signum, dicebant: quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum &c. JESUS ergo cum cognovisset quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. Liberalitas, ac magnificentia, magnos facit, extollit, ac felicitat. Seneca subscripte: lib. 3. de benef. cap. 15. Qui dat beneficia, Deos imitatur.

## CONCEPTUS II.

Ex creatione tot præfantissimarum creaturarum venit, quod Barbarus Turca, DEUM Dominum Universi agnoscat: S. Eligius hom. 11. de Sanctissimo Altaris Sacramento, Eucharistia, etiam afferit: *Sacramento Eucharistiae totus mundus subjugatus est.* Sacramento altaris effecit Christus, ut ab omni Christiano Dominus agnoscatur, omnis le Christo, ut Dominationi suæ se subiiciat, Deum, & Monarcham universi veneretur, magnificat, ac deprædicet. Sed cur rectè ex opere creationis tot excellensissimarum creaturarum, etiam lumine naturæ, gentiles in cognitionem numinis, & summi entis deveniunt, Deum, Dominum, & Monarcham universi agnoscunt? Deinde, cur rectè Sacramentum Eucharistiae instituendo, Christus effecit, ut ei se omnis Christicola, qua supremæ Dominationi, ac summæ potestati subiiciat, colat, & veneretur? ad primam quæstionem respondet S. Gregorius Nazianz. orat: 42. Tot, & tam præstantes creaturas creando, Deus suam magnificam liberalitatem fecit innotescere, non enim ideo tantum creavit Deus Cherubinos, ac Seraphinos, ac Angelorum choros, ut suam majestatem super sidera laudarent, sed ut & hominum tutelæ, & curatæ prodefissent: *Angelus suis Deus mandavit de te, ut te custodiant in omnibus viis tuis &c.* Psalmo. 9. Non creavit hominem tantum, ut isthura aduloret super Altare Numini; sed etiam, ut DEUM amando, ac colendo, suaviter his terrenis opibus, ac creaturis potiretur, & tandem gloria cœlesti frueretur; Creavit Deus unico verbo, Angelos ac homines, non tam ad suam gloriam,

(Zz) 2

quam

quām ut haberet subiecta , in quæ transiunderet opes magnitudinis suæ , & quibus tribueret perfectionem suæ existentie, sicut gratiæ sanctitatem , & præmiorum suorum beatitudinem : amus verba S. Gregorii: *Bonitati minime satis erat , sua ipsius sola contemplatione moveri , sed bonum diffundi , ac propagari oportebat , ut plura essent , que beneficio afficerentur.* Ego liberalitas creationis, communicationis sui in omnes creationes , naturali lumine etiam barbarum inducit, ut Deo Domini univerſi attribuat, Monarcham cunctorum agnoscat , & honoret. Ad secundam quæſitionem , quod nempè Sacramento communionis totus mundus subjugatus sit , Christiani inibi Deum esse agnoscant , Dominum , & Monarcham suum adorem causalem dicit esse S. Thomas liberalitatem , quia in Eucharistia Christus se totum in nostros usus contulit: Joannis cap. 6. *Causa mea verè est cibus : & sanguis meus verè est potus :* Desuper S. Thomas Aquinas: *Hac de nostro assumptis , totum nobis contulit ad salutem.* Liberalitas ergo est qualificans illa virtus, quib[us] berales nonnisi magnos , & felices facit.

### CONCEPTUS III.

Jacob benedicens filios suos dum ad Josephum deveneret, ita inquit. *Filius accrescens Joseph , filius accrescens. Credit utique Joseph in honore , & dignitate , in thesauris , & divinis. Ita textus Genes. 41. Tu eris super domum meam , & ad tuum imperium cunctus populus obediens , uno tantum regni solo praesidam te &c.* dixitque rursus Pharaon ad Joseph : Ecce confitui super universam terram Ægypti , tulitque annulum de manu sua , & dedit eum in manu ejus, vestivitque cum stola byssina , & collo torquem auream circumposuit &c. Quid adeo accreſcere fecit Joseph ? quid tam honoratum , potentem eum effecit ? fecit liberalitas , de qua Genesis cap. 43. legitur , Magnanimæ caritas exorta est in terra Mesopotamiae , adeo ut & in

*Ægyptum*

Egyptum filios suos mittere, & frumentum coemere, bonus Jacob necessitatus sit, visis his viris Israelitis, agnovit Joseph omnino esse fratres suos, dissimulans quasi non nosceret, famulatus imperat, non tam horum saccos frumento impleant, sed etiam premium in summitate sacci cuivis clam reponant, immo & cibaria in viam ac iter gratis addant: *Jussit ministris, ut impletent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacci suis, datis supra cibariis in via.* Genes. 42. Certò magnus favor contigit his advenis, & extraneis, quod eis pro solutione frumentum extradatur, cum gratia, extra patriam & Ægyptum, in terram alienam evehendi, quod Joseph & premium pro tritico in saccos horum virorum reponi, insuper & cibaria pro pecoribus addere jussit, summa est liberalitas, ac beneficentia; & hanc liberalitatem respexit Jacob, ut in Spiritu Prophetico prædicterit, Joseph accrescentem filium, accrescentem in summo honore, ac dignitate, accrescentem in maximis divitiis, & possessionibus; liberalitas est illa virtus, quæ extollit, magnos, potentes, & felices reddit.

## CONCEPTUS IV.

Zachæus à Christo magnificatur & felicitatur: *Salus huic domui facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahae.* Lucæ 19. Abraham filium fieri summa est dignitas, honor maximus, ea domus dives sit, & abundans necesse est, cui à Deo ipso datur salus, & benedictio: quid in filium Abrahæ Zachæum exaltavit? quid ei benedictiones supremas tribuit? tribuit, ac contulit cum benedictionis incremento, honores & divitias Zachæo, liberalitas: audiamus Zachæi verba: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quem defraudavi, reddo quadruplum.* In quadrante dare pauperibus, ac indigentibus, sufficeret, dare planè dimidium substantiæ, dare in quadruplo, est liberalitas, & beneficentia: & hæc liberalitas Zachæi commovit Christum magni

(Zz) 3

facere

facere Zacharum, extollere in filium Abrahæ, salute, & beatitudine divina amplificare substantiam, & domum ejus. Hunc mente subscribit S. Chrysologus Serm. 54. de def. & ascensu Z. chæi, descendere ante Dominum de adamantica arbore, ut possem dominice passionis ascendas. Liberalitas ergo est illa virtus meritoria, quæ nisi ascensus, & salutes parat.

### CONCEPTUS V.

Abraham senex ablegat servum suum, quem habebat filissimum, præpositum domus suæ, ut pro filio suo Ishaaco sponsam quærat, & adducat: è millibus filiabus hic servus elegit Isabeccam: quæ est qualitas in hâc Virgine, ob quam præ cunctis eligitur, sive magna Domina, dives, & potens matrona, in futurum constituitur? an fors qualitas Rebeccæ est pervenientia nobilitatis? an temporalium bonorum, opum, & distractiarum copia, ac abundantia? nec præcipuæ nobilitatis, minus divitiarum Rebecca fuit, quæ ergo qualitas in ea adeò præstans, ob quam è mille filiabus in sponsam eligitur Isaaci, ac magnificatur? qualitas ac virtus eximia, ob quam in sponsam Isaaci electa est Rebeccæ, sive magnificata, est liberalitas, & beneficentia, patet ex Scripturæ textu. *Rebecca descendens a fontem, & impleverat hydriam aquam, ac revertebatur, occurritque ei servus, & ait: pauxillum aqua mibi ad bibendum probe de hydria tua; qua respondit: bibe Domine mihi, celeriter depositus hydriam super ulnam suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset, adjecit, quin & camelis suis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensque hydriam in canalibus, recurrerat ad puteum, ut hauriret aquam, & haustam omnibus camelis dedit. &c. Et addidit dicens: Palearum quoque, & Fani puri-*

*num est apud nos, & locus spacioſus ad manendum.* Quod Rebecca petenti servo haustum tribuat, charitatis est officium, quod plus præstet Rebecca, quam ab ea petatur, nempè came-  
lis aquam hauriat, locum ad manendum in domo Patris sui non  
petenti ultronee offerat, liberalitas est, & beneficentia, & hæc  
liberalitate, & munificentia exploratæ, fuit qualitas in Rebecca  
Virgine, ob quam è millibus fuit electa in sponsam Isaaci, felix,  
dives ac honorata effecta est. Liberalitas mirum exaltat hono-  
rum titulis fulgentes, possessionibus prædivites efficit.

## CONCEPTUS VI.

Sponsam mirantur Angeli : *Quæ est ista, quæ ascendit de  
deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum :* Cantic. 8.  
Alcensus honorem & dignitatem significat ; deliciarum afflu-  
xus divitias notat : ergo honoratissima, dignissima habetur spon-  
sa, facta possessionibus abundans ; quid sponsam tam honoratam,  
tam abundantem fecit ? dicitur Cantic. 3. *Ducam in domum  
matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ, & dabo ei po-  
culum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.*  
Quod peregrino sposo, in domo sua fecerit habitaculum, quod  
sufficiens haustum præbuerit, charitatis opus erat ; ast quod non  
tam in domum, sed in intimum cubile introducat, quod non  
tam haustum ordinarium, sed potum exquisitum, vinum condi-  
tum, mustum malorum granatorum tribuerit, munus erat ge-  
nerosæ liberalitatis, ac beneficentiae ; & hæc liberalitas sponsæ,  
ad eam magnificavit, exaltavit, ditavit dilectam. Liberalitas est,  
quæ liberalem ditat honore, ac possessionibus.

## CONCEPTUS VII.

Non sine mysterio facit textus Elcanam, maritum Annæ  
dicit fuisse, filium Jeroan Ephrathæum. 1. Regum. cap. 1. Quale  
in hoc, quod Elcanam, filium Jeroan Ephrathæum vocet, myste-  
rium latet ? mysterium detegit S. Cajetanus : Jeroan, ut interli-  
neari

neari placet, idem est, quod *ben sicut ac liberalis*. Ephrathæus autem, idem significat, quod *honoribus pralucere, diviuu ex dare*. Describitur ergo Elcana filius Jeroan, filius beneficiorum, ac liberalis, & additur Ephrathæus, hoc est, honoratus ac divinus quasi ad latus hæreant, & fidi comites liberalitatem sequuntur, honor, ac divitiae, felicitas ac prosperitas. Audiantur verba Gjetani, hic: *Describitur Elcana vir non communis, sed Augustinus ab augmentatione, quod creditur opum, & honoris Egregie Callidus de liberalitate: 3. Vari. 39. Suo quodam privilegio velut aucta que donantur, exposcit.* Liberalitas comites alit, honestas divitias.

## Epilogus.

Hortor verbis S. Pauli ad Hebreos cap. 13. Beneficii & communionis, S. Theophylactus legit: *Communicans in te oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Si Deus, ergo etiam Deo Gloria, & divitiae.*

Amen.



IN FESTO